

Dn. Ludolphi
SCHRADERI
BRUNSVICENSIS
IVRISCONSULTI CELEBERRIMI,
 ET INTER PRACTICOS HVIVS SECVLI EMINEN-
 TISSIMI, Ss. Cæs. MAIEST. MAXIMILIANI II. ET RODVL-
 phi II. Electorum item Brandenburg. Dn. Ioachimi II. & Dn. Ioannis Georgij,
 aliorumq; Germaniæ Principum Consiliarij, & in Academia Francofur-
 tensi cis Oderam quondam Ordinarij, Legumq; Pro-

fessoris publici & primarij,

Tractatus Feudalis,
In decem partes distributi,
TOMVS PRIMVS.

Noxem priores partes continet.

LIBER, ob perfectam totius feudalis materiæ singulari methodo in eo comprehensam doctrinam, acutissi-
 mamq; decisionem omnium circa eam occurrentium questionum controuersiarum, addit vbiq; iuris
 Saxonici consensu & dissensu, omnibus in scholis & foro versantibus utilissimus.

A *MVLTI* hactenus desideratus, nunc primum post obitum auctoris in communem omnium utilitatem, adhibita
 vndique, tam in ipso contextu quam allegationibus diligentissima correctione, cum Summario & In-
 dice completissimo, in lucem editum studio & opera,

IOANNIS BRANDIS HILDESHEMENSIS, I. C.

Dn. Ludolphi Schraderi affinis, & ex parte hæredis, ac
 bibliothecæ eius legatarii.

Cum gratia ex
S. Cæs. Maiest.



Privilegio
decennali.

Francofurti, Ex Officina Paltheniana. 1594.



ILLVSTRISSIMO INCLYTOQVE HEROI AC

PRINCIPI, D. IOACHIMO FRIDERICO, ARCHIEPISCO-
PATVS MAGDEBURGENSIS, ET PRIMATVS GERMANIE ADMI-
nistratori, Marchioni Brandenburgensi, Borussiae, Sterini, Pomeraniae, Cassubio
rum, Vandalorum, Crofnarum & Silesiae Duci, Burggraui Norin-
bergenli, & Principi Rugiae, &c. Domino
suo clementissimo.

S. P. D.



INGVLARI fato accidit, Illustrissime
inclyteq, Princeps, Domine clementissime, quod
Dn Ludolphus Schraderus, I. U. D. Illust.
Cels. tuae consiliarius, & iuridicae facultatis in
inclytæ Academia Francofurtiana ad Ode-
ram olim ordinarius, dum hac vita & aura
adhuc frueretur, retro aliquot annis, amicitia
& affinitate sese mecum deuicerit, fratriq, sui
lectissimi Cunradi Schraderi, cuius Brunsvicen-
sis, tunc pie defuncti, relictam filiam secundo natam mihi desponderit, &
coniugali sedere iungi curauerit. Namque, cum huius fratris sua filias
quatuor ex Marchia rediens in patriam, altero parente orbas repererit,
magna cura in id incubuit, ne, ut carissimo parente priuata, sic & ceteris
rebus destituta & orbe relinquerentur: ipse patris locum assumpsit, patri-
umq, animu suum re ipsa & facto, erga illas multifariam declarauit, con-
iunctissime & amantissime cum illis ad extremum vita suae spiritum vi-
uens, easq, & consolando, & re, & consilio paterno iuuans. Imo, cum ste-
rile ipsius fuerit coniugium, has suas ex fratre neptes, testamento suo legi-
time confecto, legatis ad pias & alias causas detractis, omnium bonorum
suorum haeredes instituit. In quo eodem testamento, ut beneuolentissi-
mum suum erga me animum, quo me a tempore contracta amicitia singu-
lariter semper amplectebatur, decedens eo magis testatum faceret: inte-
gram Bibliothecam suam bene instructam, magnaq, ere & labore com-
A 2



DOM. LVDOLPHI SCHRADERI IVRISCON- SVLTI GERMANIÆ CELEBERRIMI.

*Et in Academia Francofurtensicis Oderam Iuris inter-
pretis olim ordinarij.*

Tractatus Feudalis.

PROOEMIUM AVCTORIS

ARGVMENTVM.

*Commendat auctor feudorum cognitionem: methodum quam velit in docendo te-
nere indicat: ac totum hunc tractatum in decem partes diuidit.*

SVMARIA.

- 1 *Cognitio consuetudinum feudalium utilis & necessa-
ria est, ac frequens eius usus.*
- 2 *Omnia fere bona immobilia, quorumcumque posses-
sorum, feudalia sunt.*
- 3 *Lites feudales multa exsurgunt, quas definire, ut diffi-
cultatem, sic & magnum lucrum habet.*
- 4 *Non advocatus tantum, sed & possessoribus feudorum,
scientia feudali necessaria est, tum propter primum
commodum:*
- 5 *Tum propter bonum publicum.*
- 6 *Qua methodus observetur in hoc tractatu.*
- 7 *Libri consuetudinum feudalium sine ordine confusi
sunt.*
- 8 *Diuisio operis totius in decem partes.*

retur, & non minori cum utilitate coniunctum
est. Unde eleganter D. Iaf. in *prælud. feud.* inquit,
*Causae feudales esse graves ac magni ponderis, illasq.
solere praeferre magnos proventus.* Et refert Alberi-
cum de Rosate in *Repertorio suo iuris Canonici, in*
verb. feudum in 4. col. dicere, quod materia feu-
dorum subtilis sit & lucrosa, maxime in parti-
bus Pedemontanis & Germaniæ, in quibus o-
riuntur arduæ quæstiones, inter Reges, Baro-
nes, Principes & Prælatos: cum ibi sint maxima
feuda civitatum, oppidorum ac iurisdictionum.
Hinc etiam Petrus Rebuff. in *arbore sua feudali*
inquit, *hanc materiam esse practicabilem, atq. ex eius*
*scientia arri numas, & transire in varias aduocato-
rum feudistarum: & quod quandoq. unus casus sit suf-
ficiens ad ditandum hominem, si in hac materia acci-
dat.* † Quid? non tantum advocatis, qui patro-
cium in hisce causis clientulis suis præstant,
harum consuetudinum feudalium cognitio
maximum emolumentum adfert, sed multo
magis illis ipsis, siue nobilibus, siue civibus, qui
huiusmodi bona feudalia habent, ad hæc con-
servanda, vel etiam amissa recuperanda: ut in-
terim taceam de hisce bonis ab initio acqui-
rendis: nihil neq. utilius neque magis necessa-
rium est, hac ipsa feudalium consuetudinum
cognitione. Quoties enim agitur de successio-

- 1 **F**eudorum utilitatem, do-
mini, quam latissime pate-
re, dubium non est, neq. his
quæquam, in hisce præfer-
tim locis, frequentius esse
certum est: † cum omnia
fere bona immobilia Prin-
cipum, nobilium, atque ex parte etiam civium,
feudalia sint. † atque de hisce causis sæpe inter
cives, sæpius inter principes, sæpiissime vero in-
ter nobiles controuersie, lites ac iurgia orian-
tur: quæ commodè ac prudenter diffinire, &
summam ingeni atque acuminis laudem me-